

quelques uns, en finissant cette Lettre. Je vous reprefferois sur tout l'obligation, ou vous êtes de reparer le scandale que vous avez causé par votre Libelle, & de vous retracter publiquement de la calomnie, dont vous m' avez chargé, sur la choie du monde, qui me doit être la plus chere, feavoir l'intégrité de ma foy. Mais comme je ne suis pas assez informé de vos sentiments sur la calomnie, & que je ne feay si vous croyez que ce foit un peu plus qu'un peché veniel, d'imposer de faux crimes à des personnes que vous n'aymez pas; je me difpense de vous rien dire là dessus.

Pour moy, qui ay non seulement en horreur ce sentiment, mais qui crains même de donner la moindre atteinte à la réputation de qui que ce soit, je profite de ce peu de papier qui me reste, pour reparer une faute que j'ay commise en ce genre, quoy que fans y avoir fait reflexion. C'est que j'ay attribué dans mon Apologie de Saint Augustin le Libelle dont il s'agit, à feu M. Lau-

nay. Quoy que j'eusse quelque sujet d'en dou-

A Padoue ce 3. Avril 1705.

UNDE hec diligentia tam severi emerit examinis? Unde in hac austritate m' supercilium tam retinere frontis je armavi, ut mensuras sensum, pondera locutionum, numeros syllabarum infidiosus scrutator eventiles, magnumque se aliquid confidere presumat, si Catholico Predicatori notam erroris affingat? Quasi incognitum aliquod Opus, & quod hacten latuerit impetratur; ac non illa bis morsibus doctrina lanctus, que novorum hereticorum commenta disjectis, & diabolicum tumorem Pelagiane elationis elicit.

Sanctus Prosper in Prolusione Operis contra Collatorem.

SCHOLA THOMISTICA VINDICATA, S E U

G A B R. D A N I E L I S e Soc. Jesu
T R A C T A T U S T H E O L O G I C U S

Adversus Gratiam se ipsa efficacem

CENSORIIS ANIMADVERSIONIBUS CONFUTATUS,

Quibus Moliniana inventa, pro fidei dogmatibus ab eodem Daniele venditari; Augustini doctrinam non exponi, sed impeti; Scholam Angelicam inique traduci, ac fugillari, demonstratur.

A U C T O R E
FR. JACOBO HYACINTHO SERRY,
Ordinis Praedicatorum, Doctore Sorbonico, & in Serenissime
Reipublicæ Venetæ Academia Patavina
Theologo Primario.

Illustrissimo, Excellentissimoque D.

SEBASTIANO FOSCARENO,
D. MARCI PROCURATORI,

E T E Q U I T I

ACADEMIÆ PATAVINÆ MODERATORI.

SCHOLA THOMISTICA
CUM Opusculum hoc non per capita, aut alias sectiones procedat, sed Tractatus Theologicus Gabrielis Danielis S.J. aduersus Gratiam scipia efficacem, continuata eis libelli serie, censorii Animadversionibus in eo confutetur: non est, cur hic illarum Elenchum redamus, sed Lectorem ad Materiarum, Recumque Notabilium Indicem remittere satis erit.

FACULTAS APPROBATIO

Reverendissimi P. Magistri Generalis Ordinis
Predicatorum.

Nos Fr. ANTONINUS CLOCHE, sacre Theologie Professor, ac torius Ordinis FF. Predicatorum humilis Magister Generalis, & servus, salutem.

T Enore præsentium, & Officii nostri auctoritate, licentiam facimus tibi Rev. adm. Patris Fr. Jacobo Hyacintho Serry Ordinis nostri, Doctori Sorbonico, & in Serenissima Republica Veneta Academia Patavina Theologo Primario, typis edendi librum, cui titulus est, Schola Thomistica Vindicata, seu Gabrielis Danielis & Societate Jesu Tractatus Theologicus aduersus gratiam se ipsa efficacem, censorii Animadversionibus, &c. dummodo prius approbarus fuerit a duabus ex Ordine nostro Theologie Magistris, aut Theologie Professoribus, & servatis alias de jure servandis. In quorum fidem, &c.

Datum Romæ die 17. Novembris 1705.

Fr. ANTONINUS CLOCHE Magister Ordinis.
Registrata fol. 182.

Fr. JOSEPH M. BROUET Magister & Socius.

Ordinis nomine attente legimus librum inscriptum, Sobola Thomistica Vindicata, editum a R. A. P. M. Hyacintho Serry Primario Academiae Patavinæ Theologo; nihilque in eo reprehendimus Catholicæ fidei, aut bonis moribus repugnans, ita quæ plurima observavimus, quibus tutissima, firmissimaque SS. Augustini, & Thoma doctrina aduersus ejusdem æmulos maxime confirmatur.

Datum Venetiis die 1. Januarii 1706.
Fr. ANTONIUS BONINCHI Magister.

Fr. VINCENTIUS M. FERRO Magister, & Illustrissimi, ac Reverendissimi DD. Venetiarum Patriarchæ Theologus.

FR. HYACINTHUS SERRY THEOLOGUS FELICITATEM.

Q UOD Te summis aeternæ Republice arcanis admotum, gravissimique Imperii Veneris negotiis implicitum, curisque districtum, secundo interpellare non vereor; audaciam necessitas excusat. Quem enim Scholæ Thomisticae Vindicias aduersus amulum Obrectatorem adornans, Patronum, ac Mecenatem ambirem, nisi qui publicatis non ita pridem Augustini Vindicias, magni Nominis paracrinium commendavit? Quo duce, & auspice, pro gratia se ipsa efficaci in arenam descendem, nisi quo primum Agonotheta, pro summo victoris gratiae defensore, felici exitu depugnavi? Tuam itaque, SENATOR AMPLISSIME, quod bis in publica commoda peccem, beneficiendi facilitatem incusa, qua me pridem, meosque labores, in Tui tutela, atque praesidio latere permisisti. Hæc una fecit audaciam, urque secundo delinquerem, provocavit.

Necdum tamen ista frontem perficiui, quin meæ me fidentia aliquando suppudeat; dum grande Nomen, rotuque Orbe clarissimum, paucis pagellis, obscuroque ingenii factu prescribo. At Tu, MECENAS OPTIME, qua es humanitate, aqui, bonique consules, ut abs te nostra hac claritudinem, & dignitatem accipiant. Leve quidem id munus, ac perexiguum, sed hoc ipso quod sacrario tuo appenditur, pretiosum. Et quidem alii Litteratorum vulgo exempti, quorum, & portus, & sinus, & persugium es, cimelia tua donis amplissimis cumulabunt, non numerus: area minuta latenter, ac farda manu numeramus: quo possumus farre pio, & saiente mica, mollimus Superos. Tu modo propitiare: ac si quando a publicis curis feriari contigerit, eruditos oculos flecte, quibus litteræ nostra, ac disciplina beatior. Rarus bonus mihi erit, a Vivo sapientissimo legi, rarius ab optimo diligi. Vale summo Republicæ, & Academie bono; quo sospite fortunatum litterariorum regnum, Misericordie reduces auguramus. Vale iterum, ac me tui observantissimum, uti facis, perpetuo fove.

P R A E F A T I O .

QUUM primum de Danielis Libro per epistolas nuntiatum est, quo quid fidei circa divinæ Gratia efficaciam esset, quid præter fidem; quid ex Augustini mente, quid præter mentem, exponere niteretur: id statim venit in mentem, sat bene Theologum Molinianum domesticæ Scholæ commodis prospecturum, si quas ipsa sententias amplectitur, præter fidem, aut etiam, si potis esset, præter Augustini mentem esse contenderet. Hoc etenim ultimum vallum, quo se olim cæteris depulsi munimentis Moliniani receperant, diu novi. Ast ubi post mensem alterum, perlatum libellum legere contigit, rem longe sequens, quam putaveram, intellexi. Vix enim pauca folia delibavi, cum statim nova cudi fidei causa deprehendi, recentium paradoxæ Ecclesiæ dogmatibus accenserî, privatas opiniones universo Theologorum cœtui frequentius adscribi, probatissimas tandem, recepissimasque sententias, teste faltem, ac per cuniculos, hæreses notis inuri. Idque, quod mirandum magis, fidentia tanta, dictorumque securitate, ac philautia, ut cum sua ferme omnia levissimis momentis expeditat, quæ ne tyronem quidem morari queant, demonstrationes tamen, si quas habet Theologica res, absolutissimas dicat.

Potueram quidem, ac etiam fortasse debueram, fusa aure tenuem scriptiunculam præterire, quæ prima duntaxat gratia congrua rudimenta, ad sublinienda simplicium ora, instillandumque illustrioribus scemnis Molinismum, vernacula idioma Lectoribus tradit. Verum Amicorum horatu, ac pene convicio, qui notam haud levem Scholæ Thomistica inustam querebantur; multaque passim aiebant esse, quæ specio verborum fuso, coætaque Conciliorum, & Augustini interpretatione, vera iudicioribus viderentur, reponere coactus sum. Quare ne quid forte virgam affugeret, si desultoria methodo Theologicam Danielis traditionem confutarem, totam a capite ad calcem, continuata serie, censoris notis expungam: modeste tamen, & intra modum, ne quis obtrestandi libidine potius, quam tuenda veritatis studio, hunc a me suscepsum laborem extimes.

Neque tamen dum id operis molior, animus est delibaré de omni genere probationum, & infinita, quibus gratia se ipsa efficax superstruitur, argumenta prosequi, quod ambitiosi consiliis saret: sed quod erit hujusse alex, & institute a me defensionis maxime proprium, huic infistam uni. In Danielis momental duntaxat inquiram; & quam procul a vero superciliosus Scriptor abierit, paucis ostendam. De reliquo, cumulatam gravissimam, quæ se se identidem offerunt, questionum tractationem præstantissimis, quibus id cura fuit, Theologis mittam. Unam paulo plenius duntaxat attingam, ut inauditus ejus, de Gratia (De Correp. & Gratia cap. 12.) indeclinabiliter, & insuperabiliter agente, quem actualem esse nolit, paradoxum exsuffiem; ne se ipse, quæsi novo invento coeli convexa tetigerit, superbius efficerat; (Animad. 30.) nobisque Augustiniana (quæ viro Moliniano stomachum movere) loquendi formulæ defensoribus, erroris labem affingere perget.

Tu interim amice Lector, his utere: Ac si victoris Gratia, uti par est, studio delectaris, Deum suppliciter venerare; ut, quæ coniunctis animis commentamur, cordibus etiam experiri Deum: quo demum, ejus, quam defendimus, ope, atque præsidio, (August.) cum omnibus amoribus, terroribus, & erroribus, vincamus hunc mundum.

S C H O L A T H O M I S T I C A V I N D I C A T A , S E U

G A B R . D A N I E L I S
E S O C I E T A T E J E S U

Tractatus Theologicus

Adversus Gratiam seipsa efficacem Censoris Animadversionibus confutatus.


UT via, ac ratione procedat mea hæc Theologicæ Tractationis Confutatio, Libelli summam e Gallico Latine redditam, per partes integra fide, & continuata serie representabo, Lectorumque oculis fistam, ac suam cuique censoriam Animadversionem appingam. Ita fiet, ut qui Danielis librum ne viderunt quidem, (neque enim omnibus scribit) rem totam plane percipient, ac de nostra concertatione, auditis veluti partibus, ex equo judicium ferant.

A N I M A D V E R S I O N E S

In Danielis Prefationem.

I.

L I B E L L I S U M M A



Ialetes cap. 3. §. 2. Paulus Leonardus I. parte, scđ. 3. Auctor (Questions importantes.) Disquisitionum in novam Auxiliorum Historiam, quest. I. capp. I. & 2. quest. 2. cap. 5. quorum omnium hæc una vox est, Congregationum de Divinis Auxiliis Confuctores ab Apostolica Sede constitutos, in quo in Societatem suisse animo, occuliti infinitis, ac simulatibus occupatos, adverbae partis gratia circumventos, ac minus pro argumenti dignitate peritos.

Legatur idem laudatus Annatus scđ. 4. de Scientia media o. i. ubi Clementem VIII. Rom. Pontificem in Societatem male animatum, ac Scientie media arcana minus edoctum ait, multisque probare nititur.

Auctor supplicis Monitionis Illustrissimo Rheinischen Archiepiscopo inscriptæ, eundem Pontificem Maximum in Prædicatores occuliti de caufis, minique Pontificiæ dignitati honorificis, atque ita silentio involvendis, inclinatum oblique significans.

Auctor Epistole Leodiæ date, mense Julio anno 1698. & ad Abbatem * * * Auxiliorum Historiam meditamentem directa, qui Gregorium Coronellum idcirco maxime a Clemente VIII. in Congregationum Confuctorem adlectum, & ab actis, atque secretis darum obtredit, quod esset Societas professus hostis; a quo censuræ, atque judicia totius Confessus nomine lata, livore malo expedirentur.

Theophilus Rynaudus in Discussione Libertatis Gi-

A N I M A D V E R S I O .

Bene est, rei periculum fieri optamus, & nos, quique excessu peccaverint, diligenter expendi. Quod ne grave nimis Lectori contingat, loca distincte notamus, quæ confulere necesse fuerit, ut de summa Scholæ Moliniana Professorum, in hoc ipso argumento tractando modestia sententiam ferant.

Legantur ergo, si vacat, Joannes Martinez de Ripalda Disp. 113. scđ. 9. & 13. Franciscus Annatus Disp. 4. de Scientia media, Germanus Phi-